

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Concordia symbolum. Emblema XXXIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

Concordiae Symbolum.

EMBLEMA XXXIIX.



CORNICVM mira inter se concordia vita est,
Mutua statq; illis intemerata fides.
Hinc volucres hæc sceptr'a gerunt, quod scilicet omnes
Consensu populi stantq; caduntq; dñces:
Quem si de medio tollas, discordia præcepit
Aduolat, & secum regia fata trahit.

COMMENTARII.

I. IN solida basi stat erectum sceptrum,
regium, circa quod cornices, nota satis
aues, magna festinitate & alarum plausu
volitare videntur, quasi sollicitæ, ne in ali-
quam partem declinans sceptrum caderet.
II. DESVMPVTVM est Emblema ex lib.
Emblema 3. de animalibus Aeliani Græci scriptoris,
unde peti-
tum. citante Politiano cap. 67. Miscell. in hæc
verba: Cornices inter se fidissimæ sunt, &
cum societatem coierint, maximo se opere
diligunt. Neq; id genus animalia videat
quispiam licenter misceri & temere. Quia
hoc quoq; dicitur, qui res istiusmodi car-
gent, altera extincta comparem viduam de-
gere. Cæterum id quoq; audio, veteres in
nuptijs post Hymenæum cornicem indu-
care, signumque id concordia dare ijs con-
suefæ, qui liberum querendorum gratia
conuenienter. Tum qui sedes anium &
volatus obseruant, inauspicatum esse captâ
tibus

tibus auguria dicunt, vnius tantum cornicis obsequium. Hæc Aelianus. Orus Apollo in Hieroglyphicis fere idem habet: Martem, inquit, & Venerem scribentes, aut nuptias geminas cornices pingunt, marem & feminam: quoniam hoc animal duo oua parit, ex quibus marem & feminam generari oportet. Si autem eueniat, quod raro euenit, ut duo mares generentur, aut duæ feminæ, iugati mares cum feminis alteri cornici non admiscentur. Itidem neq; feminæ alteri mari, sed dissociati foli degunt. Ideo vnicæ cornici occurrentes augurantur futurum, vt viduali vita sibi viuendum sit. Sic ille. Caterum cornices haberi pro concordia symbolo præter Orum tradit etiam Pierius Hieroglyphic. 20. Iuuenialis Satyra 1.

*Vt colitur pax, atq; fides, victoria, virsus,
Quaque solutato crepitat concordia nido.*
Quem Satyrici locum scio à pterisq; non de cornice (quod pro concordia non hic statuimus) sed de eiconia intelligi. Soleant enim ad id Ouidianum istud adducere:
Ipfa sibi plaudat crepitante eiconia resto.
Sed cornicis imago videtur in Faustino Auguste nummis cum inscriptione CONCORDIA. Sceptrum autem virginem regiam Hieroglyphicum regni esse, ex literis sacris tradit idem Pierius lib. 41. Vide adagium, *Cornicium oculos configere*, cuius explicacionem non admittit nostre Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 17. quem vide. Porro prodigiosa cornicium viuacitas in prouerbium abiit, *Cornicibus viuacior*. Vnde Hesiodus:

*Ter tria secla hominis transmutit garrula
cornix.*

Et Faustus:

Longaq; producat rinax cū secula cornix.
Eodē pertinet, quod Philosopherus ille mortiens cornicibus inuidis longavitatem legitur, quam natura negasset homini. De concordia præterea nonnihil agit Ovidius 1. Fastor. ibi:

*Candida te nino posuit lux proxima riplo,
Qua fert sublimes alta Moneta gradus.*

MVTV A statq; illis &c.] Hic versiculus in alijs editionibus si habebat:

Inq; vic, in nunquam contaminata fides.

Quara autem sequimur, correxit Barthol. Anulus, vt alios quoddam locos, quos postea indicabimus.

Quid scilicet omnes, &c.] Huc, ni fallor,

III.

Et Faustus:
Longaq; producat rinax cū secula cornix.
Eodē pertinet, quod Philosopherus ille mortiens cornicibus inuidis longavitatem legitur, quam natura negasset homini. De concordia præterea nonnihil agit Ovidius 1. Fastor. ibi:

*Candida te nino posuit lux proxima riplo,
Qua fert sublimes alta Moneta gradus.*

MVTV A statq; illis &c.] Hic versiculus in alijs editionibus si habebat:

Inq; vic, in nunquam contaminata fides.

Quara autem sequimur, correxit Barthol. Anulus, vt alios quoddam locos, quos postea indicabimus.

Quid scilicet omnes, &c.] Huc, ni fallor,

Cornices
symboli
concordia.

Cornicibus
viuacior.

videtur pertinere Horatianum illud, Ode 35. lib. 1.

Iniurioso ne pede proruas

Stante columnam: neu, popu'us frequens

Ad arma cessantes, ad arma

Concitet, imperiumq; frangat.

Hic columnæ nomine, sceptrum Principis, ipsumq; adeò statum regium, populi, omniumque Reipub. ordinum concordia fundatum significat: quæ nisi seruetur concordia, omnia pessum eunt. Elegans locus Nazarij Panegyrico ad Constantium: Perpendit secum excellens prudentia tua, eiq; semper pieras tua applicata omnes concordiq; communitates, illam esse fundatum ac radicem otij, bonorum ciuium seminarium, quietis publicæ segetem, & alman pacis altricem. Viderit iste panegyristes non obscurè alludere ad nomen *Bastetos*, quod inditum, quia rex sit *Bastetos* a *λαός*. De quo Minos adhuc puer ita lusit: *Cur docti *Bastetos* λαός olim dixerunt Pelasgi?*

*Nempe *Bastetos* λαός rex bonus haud dubio est.*

Stantq; cadantq;] Multiplex verbi *sta-* *stare*, significatus est ex Nonio: Stare, id est, confistere, erigi, prominere, fidem habere, valere, constare, fixum esse. Sic apud eundem cadere, ruere, occidere, euenire. In panegyrico Maximiano & Costantino AA. dicto: Dij immortales probare voluerunt tibi innixam stetisse Rempublicam, cū sine te state non possent.

Duces] Reges, & qui imperium in populos exercunt.

Quem] consensum.

Discordia precepit aduolat] Discordiam Dicordia. Deam coluere pagani homines, quam eandem cum A te (de qua postea) pleriq; volunt. Vide Gyrald. Syntag. 1.

Regia fata] Regis aut Principis morte. Alludit ad illa famigerata verba, quæ posuit Sallustius in Jugurtha: Concordia pars res crescunt, discordia maxima dilabuntur. Quod & euangelicæ literæ testantur. Sic subditorum atq; ipsius plebeculae firma concordia, & tranquilla vnaminitas, Reges ipsos, eorumq; Rempubl. egregie & diutissime conseruabit, iuxta adagium:

Concordia fulcuntur opes etiam exiguae. IV.

PRINCIPVM summorum status Plebis 108 non aliunde stabilitamentum capit, quam à cordis populi consensu, concordia & benevolentia principis. Itaq; prudenter & prouide faciunt, necessaria

qui

Locus ex
Alciato.

qui stabile ac firmum in subditos imperiū tutari volunt, cùm motuum omnium & seditionum causas præcidunt, maluntque à suis amari, quām t' meri. Eam populi concordiam & consensum, regiae potestatis conseruaticem hic proponit συμβολαὶ καὶ, adhibita cornicem, qua sceptrum sustinet, imagine. Ex quo meminisse debet imperium suum pendere à populari consensu. Quod ne sit molestum exemplis hinc inde conquitis confirmare, tantummodo repeatam quā auctor ipse met in lib. 15. Comment. De verbis significati. Princípio rerum omnium, inquit, non diuina iussione, sed ex popoli consensu reges assumti sunt: quod & post Romani imperij occasum seruatum fuit, cùm Carolus Magnus à populo Romano Augustus electus est, & à Pontifice Leone sacro oleo inunctus: quod ins populi hodie Gregoriana lege in septem Germania Primate translatum est. Sic & Franci Chilperico electo, quod regno non esset idoneus, Pipinum πάγκελτικῷ consilio substituerunt. Et cùm Pipini proles à majoribus degenerasset, rursus Odonem, mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad summum fastigium euexerunt. Is Hugo est, qui vulgo Capetus dicebatur, ynde oriundi sunt, qui etiam Francorum rebus moderantur. Et quod de maximis hisce Regibus nimurum Romano & Franco, dictum est, idem & in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit, deprehenderet, ut meritò censem diuina lege eum iustum Principem esse, qui ex populi consensu regnet; quod & Aristoteles tradit: qui verò in iustis dominetur, eum tyranum esse. Vnde cùm magna regna non ex subditorum consensu, sed per violentiam primò constituta sint. met to D. August. De ciuit. Dei 4. magna latrocinia esse dixit, adducto etiam piratæ

cuiusdam exemplo, qui comprehensus, & ante Alexandrum Magnum adductus, cū interrogaretur, qua causa mare haberet infestum? Quid tibi, inquit, vt orbem terratum habeas infestum? sed quia id ego exi guo nauigio facio, latro vocor: tu quia magna clavis, Imperator. Haec tenus Alciatus. Quoties autem vetrum monumenta per currimus, facilè obseruamus quām fluxa, & momentanea sit Principum potentia, quanquam sublimis & altis nixa radibus pueratur. Hi enim nisi precario, & quasi populari suffragio imperant, nempe quorum nisi moderatum sit imperium, quām ciuitatim corrut. *Historia Thrysiforum* insignem tyram suos adeo torfis, vt legēm tulerit, qua nemo neq; priuatum, neq; publicē inuenire colloqui aut miscere fermones auderet. Quod cum subditis molestissimum & odiosissimum esset, qui intu oculorum, manuumq; gestu animi sensa cogebantur exprimeri, id etiam voluit esse prohibitum, vt molestia dolorem adjiceret intolerabilem: quispiam eorum locum publicum petiit, qui multis lachrymis effusis, alios etiā ad fletum provocauit. Id cùm resulset tyranus, in forum statim venit, quod etiam id, si posset, populo eriperet, flendi nempe libertatem. Cives commoti arma regis satellitibus extorcerunt, & suum tyranum de medio sustulerunt. Eandem fortuna mutatio neq; sensit Amasis Ægyptiorum Rex. *Amasis* Cùm enim plerosq; ex suis extremo supplicio affecisset, alios fortunis spoliasset, & in omnes insolentior atque superbior veniret, imperium eius aliquando toleratum est, donec Actisanus Æthiopum Rex in eum irrupisset: tum enim odia occulta erupere, cumq; multi ab eo deservissent, regno tandem pulsus est, teste Diodoro lib. 2. Plura obvia sunt.



O

Con-